decessit ergo dccccxij mortua est
Enoch anno vite sue lxv genuit Matusalem vivente
adhuc ada Et habente annos dclxxxvij . Enoch aut postquam
vixit annos ccclxv raptus est a deo ideoque finis eius non
invenitur transcriptus. Dicitur aute multa scripsisse sed ab
antiquitate suscepte fidei repudiata sunt . Judas tamen
apostolus in epistola sua exemplum de illis dictis ponit . Hac generatione
conceperunt filias hominum . hoc est filij Seth filias caim

Matusalem anno vite sue centesimo lxxxvij genuit lameth
Adhuc Adam vivente . et annos dccc lxxiij habente Anno aute
mathusale cxliij cum filius eius lameth esset annorum lvj mor
tuus est ada Anno vite sue dcccc xxx . Hac generatione Nati sunt gi
gantes . Hac quoque etate Jubal qui erat de genere caim artem
musica reperit . cuius etiam frater tubalcaim eris ferrique inventor
fuit Mathusale igitur iuxta lxx interpretum computacionem repe
ritur vixisse post diluvium annos xiiij . Propter quod nonnulli
eum cum patre suo Enoch qui translatus est aliquantulum fuisse donec
diluvium preteriret falsa opinione existimat Certum tamen est ut
Sanctus Augustinus in libro de civitate dei dicit eum post diluvium
non vixisse sed in ipso annorum nongentos sexaginta novem

Lamech anno vite sue centesimo lxxxij genuit Noe cui divi
nitus iubetur oraculo edificare Archa Anno etatis sue quingen
tesimo . cum deus delere disponeret homines propter maliciam suam
Homines aute illius temporis qui per ingenium divinitus traditum
per tot annorum vite spacia diversarum artium et disciplinarum
repertores erant cum predixisset eis Adam spiritu dei plenus exter
minatorem omnium rerum unam ignis virtute alteram aquarum vi ac
multitudine fore venturam facientes duas columnas . una quidem
ex lateribus altera ex lapidibus studiis suis inventa in his
conscripserunt ne deleretur memoria que sapienter invenerunt
Quarum lapidea fertur diluvium evasisse et hactenus in Siria
permanere Lamech vero cum esset annorum dcc . lxxvij quinque
annis ante diluvium mortuus est Ex superdictis aut liquido
claret exordium lxx annorum ab ipso primo homine cepisse qui adhuc super